



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Expositio Articvli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

tus tendit in ea, quae extra ipsum sunt: & secundum hoc Dionysius dicit, quod divinus amor facit ecstasim, in quantum scilicet facit appetitum hominis tendere ad res avariatas. Unde postea subdit, quod etiam ipse DEVS, qui est omnium causa, per abundantiam amatoria bonitatis extra se ipsum sit, per providentiam ad omnia existentia, quamvis etiam si expresse hoc diceretur de raptu, non designaretur, nisi quod amor esset causa raptus.

Ad secundum dicendum, quod in homine est duplex appetitus, scilicet intellectivus, qui dicitur voluntas, & sensitivus, qui dicitur sensus alius. Est autem proprium homini, ut appetitus inferior subdatur appetitui superiori, & superior moveat inferiorem. Dupliciter ergo homo secundum appetitum potest fieri extra se ipsum. Uno modo, quando appetitus intellectivus totaliter in divinam tendit, praeferens sibi, in qua inclinat appetitus sensitivus. Et sic Dionysius dicit in 4. de divinis nominibus quod Paulus ex virtute divini amoris ecstasim faciente dicit: Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. Alio modo quando praeferens appetitui superiori, homo totaliter fertur in ea, quae pertinent ad ap-

petitum inferiorem: & sic ille, qui porcos pavit, sub se metipso cecidit. Et iste excessus vel ecstasis plus appropinquat ad rationem raptus, quam primus, quia scilicet appetitus superior est magis homini proprius. Unde quando homo ex violentia appetitus inferioris abstrahitur à motu appetitus superioris, magis abstrahitur ab eo, quod est sibi proprium: quia tamen non est ibi violentia, sed quod voluntas posuerit resistere passioni, deficit à vera ratione raptus, nisi forte tam vehemens passio sit, quod usum rationis totaliter tollat: sicut contingit in his, qui propter vehementiam ira, vel amoris insanunt. Considerandum tamen quod uterque excessus, secundum appetitum existentem, potest causari excessum cognoscitivam virtutis, vel quia mens ad quamdam intelligibilem arapiatur alienata à sensibus, vel quia arapiatur ad aliquam imaginariam visionem seu phantasmaticam apparitionem.

Ad tertium dicendum, quod sicut amor est motus appetitus respectu boni, ita timor est motus appetitus respectu mali: unde eadem ratione ex utroque potest causari excessus mentis, praesertim cum timor ex amore causetur, sicut Augustinus dicit 14. de Civitate Dei.

Lib. 14. cap. 7. & 8. Tom. 5.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Prima Conclusio. Si raptus consideretur quantum ad id in quod aliquis rapitur, id est, quantum ad rem in quam rapitur, in hoc sensu raptus non potest proprie pertinere ad vim appetitivam, quia ut supra articulo praecedenti dictum est, raptus est praeter propriam inclinationem eius, qui rapitur, ipse autem motus appetitivae virtutis, id est, voluntatis, est quaedam inclinatio ad bonum appetibile, unde proprie loquendo ex hoc, quod homo appetit aliquid, quamvis extra se fiat, non rapitur, sed per se movetur.

Secunda Conclusio. Si raptus consideretur, quantum ad suam causam, sic potest causari & originari ex parte voluntatis, nam ex hoc ipso, quod appetitus ad aliquid vehementer afficitur, potest contingere, quod ex violentia sive vehementia affectus homo ab omnibus aliis alienetur.

Tertia Conclusio. Raptus habet etiam effectum in appetitiva virtute, hoc est, cum aliquis in his ad quae rapitur, sentit delectationem in ipsa voluntate, cum scilicet in his ad quae rapitur, delectatur, quod probat exemplo Apostoli, qui non solum dixit se raptum ad tertium caelum, quod pertinet ad contemplationem intellectus, sed etiam in paradysum, quod spectat ad affectum voluntatis.

Quarta Conclusio. In solutione ad primum. Raptus addit aliquid supra ecstasim; probatur, quia ecstasis importat simpliciter excessum à se ipso, ratione cuius aliquis extra suam ordinationem ponitur, sed raptus super hoc addit violentiam quamdam, quare ecstasis ad vim appetitivam potest pertinere, cum appetitus alienus tendit in ea, quae extra ipsum sunt, & secundum hoc D. Dionysius dicit cap. 4. de divinis nominibus, quod divinus amor ecstasim facit, non finens amatores sui iuris esse, sed in ea, quae amantentis transformans, quasi dicat: ponens extra se ipsam, & ejus propriam ordinationem.

Quinta Conclusio. In solutione ad secundum. Dupliciter homo secundum appetitum potest fieri extra se ipsum: uno modo secundum appetitum intellectivum, quando voluntas totaliter in divina fertur, praetermissis his, in quae inclinat appetitus sensitivus, in quo sensu dixit Dionysius de divinis nominibus, quod Paulus ex virtute divini amoris ecstasim faciente, dicit: Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus. Alio modo quando praetermissis appetitui superiori homo totaliter fertur in ea, quae pertinent ad appetitum inferiorem, sicut ille, qui porcos pavit, sub se metipso cecidit.

Sexta Conclusio. Excessus sive ecstasis, quando appetitus inferior praetermissis superiori fertur in sensibilia objecta, plus appropinquat ad rationem raptus, quam primus excessus, nempe quando appetitus superior praetermissis inferiori in divina fertur. Ratio est, quia appetitus superior est magis homini proprius, quare cum fertur in proprium objectum, non dicitur raptus. Dicitur verò raptus, quando ex violentia appetitus inferioris, qui subditus debet esse superiori, & moveri ab ipso homo abstrahitur à motu appetitus superioris, magis abstrahitur ab eo, quod est sibi proprium.

Septima Conclusio. Quando passio inferioris appetitus est ita vehemens, quod usum rationis totaliter abhorbet, ut nec possit ei resistere voluntas, huc contingit in his, qui propter vehementiam irae vel amoris insanunt, tunc cum fiat violentia parti superiori, magis proprie dicitur raptus, quam cum passio non est ita vehemens, quin ei possit voluntas resistere.

Octava Conclusio. Uterque excessus sive ecstasis tam secundum appetitum intellectivum, quam secundum appetitum inferiorem existens, potest etiam in vi cognoscitiva etiam duplicem excessum sive raptum causare. Primus, si mens alienata à sensibus ad intellectualem visionem rapiatur. 2. Si rapiatur ad aliquam imaginariam visionem, seu phantasmaticam apparitionem.

OBSER.

XXV.

ur 3. quia in ecstasi
os, violentia nobis
sensu, omnem quae
s, quae scilicet. Hoc
hoc fitu ubi in
intuitu mentis circa
e spirituales occupat
vires supra se ipsum
inibus aliis cecidit, quae
ine magna violentia, &
sicillim in exitu carna
uare. Unde non raptus
corpus quasi extima
nquitur, ac se ipse
de aliquibus Sanctis
raptus scribitur, non
cum minus perfectus
est aliqua in ecstasi
& raptus sive (ut
est debilitas virtutum
convenit aliquae perone
illitate peritum simile
quia si illis imponatur
aut continetur in
tatum huiusmodi raptu
enere raptus illi dicitur
ur Seraphica Virgo sicut
Piazza, ob multas dicitur
tias.

homa differunt de
ur Articuli illos
ae spectibus, circa
iculo, verum tamen

mentis, dicitur Glos.
non pavore alienatur, sed
vires sursum abstrahitur
in intellectuam, ergo

ad de raptu dupliciter
entem ad id in quod aliq
ndo raptus non potest
sed solum ad cognoscitivam
raptus est praeter propriam
dicitur. Ipse extenuatur
lam in inclinatione ad bonum
nendo, ex hoc, quod homo
sed per se movetur. Alio
quantum ad suam cau
sam ex parte appetitus
mod appetitus ad aliquid
contingere, quod ex vio
lentia alienatur. Huius
virtute, cum scilicet ab
apitur. Unde & appropin
quatur ad tertium caelum,
onem intellectus; sicut
ner ad affectum.
quod raptus addit ab
sibus importat simpliciter
quem scilicet aliquis co
ter: sed raptus superius
Potest igitur ecstasis ad
ata cum alio raptu